

Allgemeine botanische Zeitung.

(Nro. 28.)

I. Original - Abhandlungen.

Ueber einige Ostindische, und besonders Javanische Melastomaceen; von Hrn. Dr. und Prof. C. L. Blume. (Fortsetzung.)

2. *Melastoma polyanthum* †; ramulis petiolis nervisque infra squamulis asperis, foliis elliptico-vel ovato-oblongis utrinsecus acutis basi obtusis integerrimis trinerviis (cum nervis 2 marginalibus) supra strigoso-scabris subtus sericeo-pubentibus, floribus 7—11 aut numerosioribus corymboso-paniculatis, calycis appresse squamuoso-strigosi laciniis brevibus triangulo-ovatis acutis, staminibus alternis connexivo elongato (floribus purpurascensibus).

M. malabathricum Jack (haud Linn.) in *Transact. of the Linn. Soc. XIV.* p. 4. — Blume Bydr. p. 1070.

Fragarius niger Rumph. l. c. IV. p. 137. tab. 72. (figura mala!)

Vulgaris inter fruticeta insularum Javae ac Sumatrae.

Adnot: Jam peregrinator meritissimus Sonnerat specimina Javanica hujus plantae reportaverat, ad hunc usque diem cum *M. malabathrico* temere confusa. Ab hoc enim differt cum inflores-

Flora 1831. XXVIII.

H h

centia corymbosa multiflora nec fasciculata pauciflora, tum bracteis longe minoribus calycisque laciniis multo brevioribus basique latioribus. — Van Royen quaedam ipsius fragmenta, ex India orientali missa, in herbario suo reliquit, in observationibus suis valde incertus, num illa ad *Mel. malabathricum* an ad *M. asperum L.* (Osbeckiam asperam Nob.) referret.

β. Calycis squamis patentibus.

Habitat in provincia Javanica Bantam.

γ. Foliis breviter petiolatis, floribus minoribus albidis, laciniis calycis obtusiusculis.

Crescit circa Buitenzorg Javae ad fluviorum ripas.

3. *Melastoma Tidorense* †; ramulis petiolis nerviisque subtus squamulis strigoso-asperis, foliis ovato-oblongis acuminatis basi rotundatis obtusisve denticulatis supra strigoso-asperis infra hirsutiusculis quinquenerviis, floribus subcorymbosis terminalibus, calycis appresse setosi laciniis latosubulatis, staminibus alternis connexivo elongato.

Melastoma malabathricum Reinw. Ined.

Habitat in cacumine montis Moluccani Tidore.

Adnot: Specimen unicum, ab ill. Reinwardt lectum, inflorescentiam similem ut in *M. polyanthro* indigitare videtur. Sed folia illius distinctius quinquenervia sunt, quam in *M. polyanthro* et *M. malabathrico*, insimul denticulata, atque lacinia calycinae sursum attenuatae, quibus notis adhuc calyx setis longis linearis subulatis convestitus accedit.

4. *Melastoma Royenii* †; ramulis petiolis nervis-
que subtus squamuoso - asperis, foliis lanceolatis
vel ovato - lanceolatis utrinsecus acuminatis basive
obtusiusculis exigue denticulatis trinerviis (nervis
2 marginalibus vix distinctis) strigoso - asperis,
floribus 5 — 7 subcorymboso - terminalibus, caly-
cis appresse squamuoso - strigosi laciniis (brevi-
bus) lato - subulatis, staminibus alternis connexivo
elongato

Melastoma scabra trinervia Burm. Thes. zeyl.
II. p. 154. tab. 72.

Cadut - dut *Zeylanensisibus.*

Crescit in insula Zeylan a cl. König detectum.

A d n o t: Haeccce planta hospitatur in herbario
Royeniano nomine tam *M. octandri* quam *M. ma-
labathrici*, a quibus vero satis superque differt.
Etenim a *M. malabathrico*, cui revera propinqua,
foliis angustioribus fortius asperis subtus glaucinis
nec ut in illo flavidо - virentibus, sicut etiam in-
florescentia diversa laciniarumque calycis forma
et brevitate (quibus *M. polyantho* similior) distin-
guitur. Cognatum vero videtur *M. affini* Don. —
Synonymon *Burmanni* (absque figura tamen) supra
laudatum a *Linnaeo* (Spec. pl. p. 560. 11) ad *M. octandram* (Osbeckiam octandram DeCand.) citatur,
cl. *Burmann* ipso in Flora indica p. 105. id exem-
plum sequente, ita ut credi possit, *M. octandram*
L. ad nostrum *M. Royenii* spectare. Verum cer-
tissime erravit pater *Linnaeus*, quum ex iconе
Burmanniana flores aperte decandri neque octan-
dri sint.

H h 2

5. *Melastoma asperum* † (haud Linn.!) ; ramulis petiolis nervisque subtus squamuoso - asperis, foliis ovato - oblongis acuminatis basi obtusis l. obtusiusculis integerrimis subquinquenerviis strigoso - hispidulis, floribus 3 — 7 fasciculatis terminalibus, calycis appresse squamuoso - strigosi laciinis elongato - linearibus, staminibus aequalibus connexivo elongato.

Blume l. c. p. 1076.

M. malabathricum flore albo *Reinw. Ined.*

Reperitur in silvis montium altiorum Javae.

Ad not: Species haec, inflorescentia cum *M. malabathrico* congrua, folia habet hispidula, bracteas pedicellorum angustiores carinatas magis que acuminatas, laciinas calycis admodum elongatas et acuminatas, stamina denique omnia inter se aequalia et fertilia.

6. *Melastoma sylvaticum* †; ramulis petiolis nervisque subtus squamuoso - asperis, foliis elliptico - oblongis acuminatissimis basi acutis integerimis quinquenerviis scabris, floribus 3 — 5 fasciculatis terminalibus, calycis appresse squamuoso - strigosi laciinis elongato - linearibus, staminibus aequalibus connexivo abbreviato.

Blume l. c. p. 1077. — DeCand. l. c. p. 146, 18.

Harendong - Gunung Javan.

Inhabitat saltus Javae.

Ad not: A *M. aspero* † foliis majoribus tenuioribus magis acuminatis floribus brevius pedunculatis staminumque connexivo abbreviato abunde

distinctum, proinde ut a *M. obvoluto* Jack (quod forte idem ac *M. malabathricum* L.), cuius stamna connexivo alternatim breviore gaudent. For- sitan vero hoc referendum est *Ben Kadali* Rheed. l. c. IV. p. 89, de quo dicit: „Altera species est Kadali (*Melast. malabathrici*) eique valde simili. Flores albicantes, 10 filamentis erectis uniformibus luteis” quae omnia exacte in speciem nostram quadrant.

β. Uniflorum, caule decumbente radicante, foliis minoribus, floribus terminalibus solitariis.

Crescit in monte Pulussarie provinciae Javanicae Bantam.

7. *Melastoma setigerum* †; ramulis petiolis nervisque subtus confertim setoso-paleaceis, foliis ovato-oblongis acuminatis basi subrotundatis quinque nerviis supra setosis subtus ruguloso-hirtis.

Blume l. c. p. 1077. — DeCand. l. c. p. 146. 16.

Crescit in silvis altioribus montis Javanici Salak.

Adnot: Haecce species foliorum pubentia, cuius setae singulae in pagina superiore ex tuberculis minutis bullatis in pagina obversa foveolas formantibus nascuntur, adeo insignis, mihi nunquam florida visa est, ast pubentia ista cum varietatibus duabus sequentibus ex asse concordat. In hisce tamen ramuli squamulis multo brevioribus asperi, et folia in altera tantum subquinque nervia et tenuiora, in altera vero longe minora, angustiora et trinervia sunt. Hinc sola ex florum

comparatione dijudicari poterit, utrum species am varietates sint. — Ceterum planta haecce *Mel.* *cyanoidi* Sm. admodum affinis videtur.

β. *Angusto-bracteatum*; ramulis squamoso-aperis, foliis ovato-oblongis basi rotundatis obtusisve subquinquenerviis, floribus fasciculato-corymbosis terminalibus, bracteis linearibus acuminatis, calycis appresse squamuloso-strigosi laciniis lato-subulatis.

Repertum in silvis montium Javanensium Megamendung.

γ. *Lato-bracteatum*; ramulis squamoso-asperis, foliis oblongo-lanceolatis basi obtusis trinerviis, floribus fasciculato-corymbosis terminalibus, bracteis ovalibus acuminatis fimbriatis, calycis appresse squamuloso-strigosi laciniis lato-subulatis, staminibus alternis connexivo elongato.

Crescit cum praecedente apud Laga verna.

δ. *Melastoma lanuginosum* †; ramulis petiolis nervisque subtus setoso-paleaceis, foliis ovatis vel oblongo-ovatis acutis basi subcordatis l. rotundatis integerrimis quinquenerviis utrinque (canoflavicante-) villosis (junioribus lanuginosis), floribus paucis fasciculatis terminalibus, calycis appresse squamuloso-setosi laciniis lato-subulatis, staminibus alternis connexivo elongato.

Blume l. c. p. 1077. — DeCand. l. c. p. 146. 17.

Habitat in provincia Javanica Tjanjor prope Tjibidoy.

Ad not: Distat a specie praecedente foliis

utrobique confertim molliterque villosis integerimis; a *M. erecto* Jack foliis basi haud attenuatis calycisque laciniis breviusculis. Praeterea ad *M. normale* Don et ad *M. Wallichii* Dc. quodammodo accedit.

9. *Melastoma Celebicum* †; ramulis petiolis nervisque subtus appresse squamosis, foliis ovato-oblongis acuminatis basi rotundatis l. obtusis exigue denticulatis trinerviis (cum nervis 2 marginalibus) supra setoso-hirtis subtus villosis, floribus corymbosis terminalibus, calycis appresse squamulosostrigosi laciniis subulatis.

A. cl. Reinwardt ad montem Sempa insulae Celebes detectum.

Adnot: Speciei antecedenti proximum, at sat superque distinctum foliis minus distincte quinquenerviis, supra setis confertis ad basin incrassatis hirtis, prout et floribus paucioribus. Fortassis connexivi conformatio quoque aliquid discriminis exhibebit, quam, specimine unico nostro floribus parumper evolutis instructo, examinare non valemus.

10. *Melastoma porphyreum* Zipp.; ramulis petiolis nervisque subtus squamuloso-asperis, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis basi obtusis exigue denticulatis trinerviis (cum nervis 2 marginalibus) scabriusculis, floribus terminalibus subsolitariis brevissime pedunculatis, calycibus setis longissimis incurvo-patentibus tectis.

Habitat in Moluccis, ubi a Zippelio carpum fuit.

A d n o t: *M. macrocarpo* Don nimis affine et vix distinctum 1) ramulis haud setosis sed per squamulas parvas asperis; 2) petiolis non hispidis; 3) foliis denticulatis neque integerrimis. Proxime quoque accedit ad *M. sanguineum* Don, in primis ob paleas calycem tegentes patent - incurvas.

3. *Otanthera.* †.

Calycis tubus ovatus, ovario semiadhaerens, squamulis palmato - ciliatis muricatus; limbus quinquefidus, deciduus. *Petala* 5, obovata. *Stamina* 10, aequalia. *Antherae* oblongo - lineares, subarcuatae, sursu ~~rum~~ attenuatae poroque dehiscentes, antice ad basin constricto - biauriculatae, connexivo indistincto. *Ovarium* in parte libera conicum, setosum. *Stylus* filiformis. *Stigma* punctum pruinosum. *Bacca* quinquelocularis, pulposa; *Semina* cochleata.

Frutex ramis teretibus glabris, extimis compresso - tetragonis, petiolis nervisque foliorum subtus setis sparsis appressis. *Folia* elliptico-lanceolata, acuminata, subintegerrima, quinque-nervia, membranacea, scabriuscula, pallide viridia, nervis subtus caerulecentibus. *Panicula* terminalis trifida aut trichotoma, ramis subtrifloris. *Flores* parvi, albidi: laterales bibracteati, intermedius brevissime pedicellatus, ebracteatus.

A d n o t: A *Melastomis* Burm. genus hocce discernitur eo quod 1) laciniae calycinae appendicibus nullis minoribus alternent; 2) quod connexivum haud distinguendum infra antheras ne vestigium quidem appendiculorum formet; 3) quod auri-

culae 2 crassae, ad basin antherarum obviae, e substantia antherae ipsius constricta obortae sint. — Nomen duximus ab οὐε, auricula et ἀνθηγα, propter auriculas, quibus antherae muniuntur.

1. *Otanthera Moluccana*. †.

Melastoma Moluccanum Blume l. c. p. 1078. — De Cand. l. c. p. 146. 20.

Fragarius ruber Rumph l. c. IV. Tab. 71. (figura mediocris!).

Crescit inter fruticeta Amboinae, ubi a cl. Reinwardt et a Zippelio lecta.

Ad not: Icon Rumphiana, supra allegata, ab auctoribus perperam ad *Osbeckiam asperam* Nob. (*Melastoma asperum* L.) laudatur. Rumphius enim folia quinquenervia vocat, fructusque cum *Fragariis* parvis comparat, id quod minime in plantam istam quadrat, cujus folia trinervia fructusque sicci atque rimis 5 dehiscentes.

Tribus II. *Miconieae* De Cand.

4. *Sonerila Roxb.*

Calycis tubus oblongus aut subtrigonus, saepè muricatus, ovario adhaerens, limbi trifidi laciniis deciduis. *Petala* 3, ovato-lanceolata, acuta. *Stamina* 3. *Antherae* linearis - oblongae, rectiusculae, basi emarginatae, apice poro duplice dehiscentes, inappendiculatae. *Ovarium* superne truncatum, glabrum. *Stylus* filiformis. *Stigma* obtusum. *Capsula* turbinata, margine calycis intus incrassata coronata, trilocularis, superne valvulis brevi-

bus dehiscens. *Semina* cuneato - angulata, difformia, aspera.

Fruticuli, rarius plantae annuae. *Rami* teretes. *Folia* opposita, plerumque disparia, altero nunc fere abortivo, basi saepissime obliqua, integerrima aut dentata, nervosa, membranacea, hirsuta. *Pedunculi* axillares et terminales, racemosi aut fasciculati, pauci- multiflori. *Flores* rosei.

Adnot: Genus hocce, inter *Melastomaceas* cunctas symmetria ternaria in omnibus floris partibus regnante insigne, ad *Salpigam Mart.* tam habitu, quam simili calycis conformatione accedit, tribumque *Miconiearum*, cui ob ovarium calyci adnatum (neque ut in *Salpinga* et in *Bertolonia liberum*) adnumerandum est, arctius cum *Lavoisieris* connecit.

Sect. 1. Sonerilae.

Calyx hirsutus, haud angulatus. *Petala* ovata, acuta, basi lata. *Capsula* turbinata, valvulis tribus bipartitis dehiscens. *Folia* opposita, altero subabortivo, basi dimidiato - cordata.

1. *Sonerila begoniaefolia* †; caule herbaceo setoso-hirsuto, foliis quintupli- septupli- nerviis oblique cordatis acutis integerrimis ciliatis supra scabris subtus setulis minimis appressis consitis oppositis: altero minimo subsessili cordiformi, racemis axillaribus et terminalibus multifloris, floribus secundis.

Crescit in umbrosis ad flumen Tjarvia provinciae Javanicae Bantam.

Adnot: In *S. Moluccana Roxb.*, quae plantae nostrae admodum cognata videtur, partes omnes pilis rufis dense vestitae dicuntur, id quod in nostra saltem quoad foliorum paginam superiorum non obtinet. Insuper folia abortiva plantae Roxburghiana magis evolvi videntur, quam illa nostrae.

2. *Sonerila pauciflora* †; caule fruticuloso setoso-hirsuto, foliis trinerviis (cum nervis 2 marginalibus) oblongis acuminatis basi auriculato-semicordatis denticulatis hirsutiusculis oppositis: altero cordiformi sessili, pedunculis axillaribus paucifloris.

Tjodjok Buwu *Javan.*

Inhabitat saltus altiores *Javae.*

Sect. 2. *Trigonocapsae.*

Calyx glaber, trigonus. *Petala* ovato-lanceolata, utrinsecus acutiusula. *Capsula* turbinata, basi attenuata, trigona, valvulis tribus indivisis dehiscens. *Folia* opposita, subaequalia, basi vix obliqua.

3. *Sonerila erecta Jack*; caule fruticuloso lineis duabus oppositis pubentibus, foliis trinerviis lanceolatis utrinque acutis serratis hirsutis, spicis terminalibus paucifloris.

Jack in *Malay. Miscell. I. n. 5. p. 7.*

Summow *Malay.*

Crescit in silvis insulae Pulu-Pinang.

4. *Sonerila tenuifolia* †; caule fruticuloso aspero, foliis trinerviis oppositis, (altero parum

minore) ovato-lanceolatis acuminatis basi obtusis subcordatisve serratis supra setis sparsis obsitis infra glaucinis, pedunculis terminalibus uni-trifloris.

Crescit in silvis primaevis Javae.

5. *Dissohaeta*. †.

Calycis tubus oblongus, obscure tetragonus, adhaerens; limbus ultra ovarium productus, breviter ac plerumque obsolete quadridentatus, persistens. *Petala* 4. *Stamina* 4, quandoque 8, quorum alterna saepius sterilia. *Antherae* oblongo-lineares, uniporae, saepissime rostratae et arcuatae, rarius obtusae et rectae, dorso prope basin connexivo lamellato, biaristato, rarius indiviso. *Stylus* filiformis, leviter clavatus. *Stigma* punctum pruinosum. *Bacca* elliptico-globosa, fere exsucca, calyce coronata, quadrilocularis, indehiscens. *Semina* cuneata, angulata.

Frutices sarmentosi. *Ramuli* pedunculi, *calyces* foliaque subtus pubē stellata nunc confertim nunc sparsim obsessa. *Folia* petiolata, elliptico-oblonga, integerrima, subquinquenervia, supra glabra, plerumque discoloria. *Inflorescentia* paniculata, terminalis aut axillaris. *Flores* pallide rosei, coerulecentes aut albidi.

Ad not: Novum hocce genus, cuius denominatio — propter appendices duas setaceas, quibus antherae in speciebus plerisque muniuntur — a διστοῖς, duplex et Χαίτη, seta, derivata est, habitu proxime ad *Oxysporam DeCand.* accedit, a quantum ovario adhaerente fructuque indehiscente,

tuu diversa connexivi structura aberrat. In *Miconiearum* tribu prope *Tetrazygiam* Rich. et *Heterotrichum* DeCand. locandum est, a quibus staminum structura abunde differt. Nobis autem in duas dividitur sectiones, quae forsitan in posterum genera duo sibimet quam maxime cognata constituent.

Sect. 1. *Dissochaetae.*

Calycis limbus cyathiformis subquadridentatus. *Petala* ovato-oblonga, obtusa vel obtusiuscula. *Antherae* basi aut dorso affixa, ibidem connexivo bifido aut integro praeditae. *Ovarium* apice pilis stellatis subsericeum.

* *Tetrandrae.*

1. *Dissochaeta fallax* †; foliis quinquenerviis ovato-oblongis acuminatis subcordatis subtus ferrugineo-furfuraceo-tomentosis, paniculis terminalibus, calycibus subintegerrimis, antheris infra medium affixis connexivo indiviso.

Melastoma fallax Jack in *Linn. Transact. XIV.* p. 13. — *DeCand. l. c. p. 150. 61.*

M. Reinwardtianum Blume *l. c. p. 1069* (in herb. Reinw.) quoad paniculam, foliis ad speciem *Cinnamomi* spectantibus!

M. diffusa Reinw. Ined.

Crescit in frutetis silvisque minus elatis Sumatrae et Javae.

2. *Dissochaeta intermedia* †; foliis quinque-nerviis ovato-oblongis acuminatis subcordatis subtus pallide ochraceo-tomentoso-furfuraceis, paniculis terminalibus et axillaribus ramosissimis,

calycibus subintegerrimis, antheris basi affixis,
connexivo bisetoso.

Melastoma fallax Blume (haud Jack!) l. c.
p. 1068.

In habitat silvas montanas, e. g. jugorum Pangaranghu, Gegerbinting Javae.

Ad not: A praecedente antheris basi affixis
et connexivo bisetoso abunde distincta.

β. Foliis infra ferrugineo - tomentosis, paniculis laxis.

In montibus Megamendong at Puluh - Sarie Javae a viris celeberrimis Kuhl et van Hasselt lecta.

3. *Dissochaeta monticola* †; foliis praecedentis, paniculis terminalibus simplicibus vix ramosis.

Crescit in montosis calcareis Kuripan ac Seribu Javae.

Ad not: Species haec quoad folia a *D. intermedia* nullo modo potest distingui, ast, vel perfecte evoluta, paniculas exhibit solum quoad divisiones inferiores vix subramosas, dum in ista amplissimae, ramosissimae et divaricatae sunt. — Ceterum adhuc est dubium, num merito in hac sectione numeranda sit, floribus speciminum nostrorum ab evolutione sua nimis remotis, quam ut aliquid certi de antherarum numero et structura statuere liceat.

4. *Dissochaeta leprosa* †; foliis quinquenerviis ovato-oblongis acuminatis subcordatis subtus fusco-
vel ferrugineo-furfuraceo-tomentosis, paniculis

laxis axillaribus terminalibusque, calycibus quadridentatis, antherarum connexivo bisetoso.

Melastoma leprosum Blume l. c. p. 1068. —

DeCand. l. c. p. 151. 62.

A nobis ad montem Salak, a cl. Kuhl apud Lago verna magis orientem versus in declivibus montium Javanensium Gedé detecta.

Adnot: A praecedentibus differt calyce distinctius dentato floribusque multo majoribus.

* * *Octandrae*, staminibus alternis effoetis.

5. *Dissochaeta bracteata* †; foliis quinque-nerviis cordato-ovatis acuminatis subtus stellato-pubentibus, paniculis terminalibus, bracteis petiolatis ovatis membranaceis, calycibus subintegerimis, antherarum connexivo bisetoso.

Melastoma bracteatum Jack l. c. — *DeCand* l. c. p. 150. 56.

Habitat in insula Pulu Pinang.

6. *Dissochaeta vacillans* †; foliis trinerviis (cum nervis 2 marginalibus) ovato-oblongis acuminatis basi rotundatis l. subcordatis concoloribus glabriusculis subtus sparsim furfuraceis, paniculis terminalibus, calycibus subintegerimis, antheris rectis, connexivo bisetoso.

Melastoma vacillans Blume l. c. p. 1074. — *DeCand.* l. c. p. 150. 57.

Crescit in silvis montium Scribu provinciae Javanicae Buitenzorg.

Adnot: Species haec quam proxime accedit ad *Melastoma pallidum* Jack, cui tamen stamini-

bus alternatim inaequalibus et ovario per cristas
quatuor (nec octo ut in isto) calyci adhaerente
differt.

β. Foliis angustioribus longiter acuminatis,
floribus minoribus albidis.

In silvis inferioribus montis Salak.

(Fortsetzung folgt.)

II. Kürzere Bemerkungen.

Bei der in diesem Jahre in der ersten Hälfte des Maimonats im Königl. Palais im grossen Garten bei Dresden statt gefundenen, durch Reichthum und Schönheit der Exemplare ausgezeichneten Ausstellung, hat vorzüglich ein *Rhododendrum arboreum*, eine *Chorizema Henchmanni*, eine grosse *Aloë lineata* und eine höchst ausgewählte Sammlung von Alpenpflanzen, unter denen auch *Ranunculus parnassifolius*, *Aretia Vitaliana*, *Soldanella minima* und *pusilla*, *Wulffenia carinthiaca*, die *Primulae*, *Drabae* und *Cinerariae* der Alpen nicht fehlten, die allgemeine Bewunderung auf sich gezogen. Die kostbarsten Gewächse Ost- und Westindien's, Neuholland's und Chili's, hatte der königl. Schloßgarten in Pillnitz, der Garten des Hrn. Hof- und Medic. Rathes Dr. Kreysig, der academisch - botanische Garten, der königl. Garten am japan. Palais, der grosse Garten, der Wäber-sche Garten und noch einige Privatgärten geliefert. Die Ausstellung fiel in die Zeit der schönsten Witterung, und wurde der Sammelplatz der gebildeten Welt.

bus alternatim inaequalibus et ovario per cristas
quatuor (nec octo ut in isto) calyci adhaerente
differt.

β. Foliis angustioribus longiter acuminatis,
floribus minoribus albidis.

In silvis inferioribus montis Salak.

(Fortsetzung folgt.)

II. Kürzere Bemerkungen.

Bei der in diesem Jahre in der ersten Hälfte des Maimonats im Königl. Palais im grossen Garten bei Dresden statt gefundenen, durch Reichthum und Schönheit der Exemplare ausgezeichneten Ausstellung, hat vorzüglich ein *Rhododendrum arboreum*, eine *Chorizema Henchmanni*, eine grosse *Aloë lineata* und eine höchst ausgewählte Sammlung von Alpenpflanzen, unter denen auch *Ranunculus parnassifolius*, *Aretia Vitaliana*, *Soldanella minima* und *pusilla*, *Wulffenia carinthiaca*, die *Primulae*, *Drabae* und *Cinerariae* der Alpen nicht fehlten, die allgemeine Bewunderung auf sich gezogen. Die kostbarsten Gewächse Ost- und Westindien's, Neuholland's und Chili's, hatte der königl. Schloßgarten in Pillnitz, der Garten des Hrn. Hof- und Medic. Rathes Dr. Kreysig, der academisch - botanische Garten, der königl. Garten am japan. Palais, der grosse Garten, der Wäber-sche Garten und noch einige Privatgärten geliefert. Die Ausstellung fiel in die Zeit der schönsten Witterung, und wurde der Sammelplatz der gebildeten Welt.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1831

Band/Volume: [14](#)

Autor(en)/Author(s): Blume Carl Ludwig

Artikel/Article: [Ueber einige Ostindische, und besonders Javanische Melastomaceen 481-496](#)